UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De ordine sedendi, standi, & genuflectendi in missa solenni c. 41

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

ſis, Epiſtola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Prę-
fatio, Nobis quoque peccatoribus ſolum hęc tria verba. Item
Per omnia ſecula ⁊c. cum Pater noſter, Pax domini, Agnus
dei, Domine nō ſum dignus, Communio, Poſt communionē,
Ite miſſa eſt, vel benedicamus domino, vel Requieſcant euan
gelium, In principio Alia omnia dicuntur ſecrete. In miſſa ſo
lenni clara voce a celebrante dicuntur q̄ſi intonatur. Gloria in
excelſis, ⁊ Credo. Dñs vobiſcū, Oremus, Dño, Dñs vobiſcū,
Oremus ante offertorium. Pręfatio, Pater nr̄, Dño poſt cōio-
nem. Alia omnia a celebrante dicuntur ſecreto in miſſa ſolenni.

¶ De Hora celebrandi Miſſam. Cap. 40.

Miſſa priuata ſaltem poſt Matutinū quacunque hora ab
aurora vſque ad meridiem dici poteſt. Miſſa autem Con-
uentualis ⁊ ſolennis, ſequenti ordine dici debet. In feſtis dupli
cibus, ⁊ ſemiduplicibꝰ, in Dominicis, ⁊ infra octauas, dicta in
choro Hora tertia. In feſtis ſimplicibus ⁊ ferijs per annum di
cta Sexta. In Aduentu, Quadrageſima, Quatuor Tempori-
bus ⁊ vigilijs quę ieiunantur, dicta Nona. Miſſa autem defun
ctorum dici debet poſt Matutinum ⁊ primam dici, ⁊ vbi dicun
tur eorum vigilię, mane poſt Matutinum diei, dictis huiuſmo
di vigilijs cum Laudibus, immediate dici poteſt Miſſa pro de-
functis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi miſſam Conuen-
tualem, Miſſę in nocte Natiuitatis Domini, quę ſuo loco di-
cuntur, vel vbi alias ex diſpenſatione Apoſtolica diſponatur.

¶ De ordine ſedēdi, ſtādi, ⁊ genuflectēdi in miſſa ſolenn. Ca. 41.

In miſſa ſolenni celebrans medius inter diaconū, ⁊ ſubdia
conum ſedere poteſt a cornu Epiſtolę iuxta altare, cū can-
tatur Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis ⁊ Credo alio tēpore ſtat
ad altare, ⁊ genuflectit quando oportet vt ſupra. Item genufle-
ctit quando legitur euangelium In principio, ad illa verba,
⁊ homo factus eſt. ⁊ euangelium Cum natus eſſet Ieſus ad il-
la verba, ⁊ procidentes adorauerunt eum. Item euangelium fe-
rię iiij. poſt Dominicam quartam Quadrageſimę, ad illa ver-
ba in fine, ⁊ procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat
illa verba, ipſe verſus librum, celebrans ⁊ circunſtantes verſus
altare genuflectunt: ſubdiaconus vero tenens librum, ⁊ acoly-
thi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit celebrans

priuate, cum dicit, Flectamus genu. non autem cum ſolenniter celebrat, ſed diaconus, ⁊ ſubdiaconus, ⁊ circunſtantes. Itē celebrans ⁊ miniſtri genuflectunt, cum dicitur in Quadrageſima, Adiuua nos deus. Item cum dr̄ in miſſa Spiritus ſancti. Veni ſancte ſpiritus reple, ⁊c. Item qn̄ legitur Paſſio, ad illa verba, expirauit, ⁊ quandocunque fiunt genuflexiones vt ſupra. Circunſtantes autem in miſſis priuatis ſemper genuflectunt, preterquam ad Euangelium. In ſolennibus autē genuflectitur ab ijs, qui non ſunt prelati ad Confeſſionem cum ſuo pſalmo, ⁊ ab omnibus quando eleuatur ſacramentum, ſed dum cantatur Introitus, Gloria in excelſis, Epiſtola, Graduale, Credo, Offertorium, ⁊ facta Cōione, dum cantatur Communio ſedetur: in alijs ſtatur. In miſſis feriarum Aduentus, Quadrageſime, Vigiliarum que ieiunantur, ⁊ quatuoꝛ Tempoꝛum, ac in miſſis defunctoꝛum circunſtantes genuflectunt ad Confeſſionem cū ſuo pſalmo, ad Orationes dicto per celebrantem Sanctus, vſque ad Pax domini. ⁊ ad poſt communionem, excepta vigilia Paſche, ⁊ Pentecoſtes, ac Natiuitatis Domini.

¶ De Coloꝛibus, ⁊ qualitate Paramentoꝛum. Cap. 42.

Paramenta Altaris, celebrātis, ⁊ miniſtroꝛum ſint coloris conueniētis officio ⁊ miſſe diei, ſecundum vſum Romane Eccleſie, que quinque coloꝛibus vti conſueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, ⁊ nigro.

¶ Albo coloꝛe vtitur a veſperis vigilie Natiuitatis Domini vſque ad octauam Epiphanie incluſiue, exceptis feſtis Martyrum, que infra eam veniunt. Feria quinta in cena Domini, ⁊ Sabbato ſancto in officio miſſe, ⁊ ab illo die vſq3 ad Sabbatum Pentecoſtes excluſiue, in officio de tempore, preterquam in Miſſa Litaniarum, ⁊ Rogationum. In feſtis beate Marie, ⁊ per eius octauas, preterquam in benedictione candelarum, ⁊ proceſſione que fit in feſto Purificationis eiuſdem. Item in eius miſſis votiuis. In miſſa ſancte Trinitatis. In feſto Coꝛpoꝛis Chriſti. In feſtis Angeloꝛū. In Feſto ſancti Joannis Baptiſte. In feſto Omnium ſanctoꝛum. In principali feſto ſancti Joannis Euangeliſte, quod celebratur infra octauam Natiuitatis. In vtraque Cathedra ſancti Petri. In Conuerſione S. Pauli. In feſto S. Petri ad Vincula. In feſto Transfiguratio-